GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 114r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25958
Copyright: Admont, Benediktinerstift



eunt. Et ut breuiter eundem hunc uersum comprehendamus in prima
sui parte qua dicitur. que est ista que ascendit de deserto. notatur nobis
sicut prenotauimus xpi ascensio. in secunda sui parte ubi subiungitur. de
liciis affluens. collecta iam ad eum et usque in finem seculi colligenda sanctorum
congregatio. in tercia sui parte ubi dicitur. et innixa super dilectum.
eorundem sanctorum confirmatio. Dilectus iste. dominus omnipotens est. cui in quasi uno
tantum pede innituntur. non dum enim ita confirmati sunt in domino. ut u-
trisque ei pedibus innitantur. hoc est ut nichil preter deum solum affec
tare uideantur. Adhuc enim de resuscitando corpore cogitant.
Postea uero cum resumpto in fine mundi corpore. carne simul et ani
ma beata in mortalitate uestientur. tunc soli domino utrisque pedibus.
totis uidelicet corporis et anime affectibus ita unientur. ita semper inni
tentur. ut nichil amplius sit. quod uel ad punctum mentem eorum ab illo auer
tere possit. Ibi certe delitie dei plene perficientur. ibi enim semper in sanctis
suis delitiabitur. ibi sine fine in sanctis suis gloriabitur. Has delitias quiescens
adhuc in sinu patris filius dei preuidit. preuidendo desiderauit. cum dixit.
Et delicie mee esse cum filiis hominum. Et quia desiderauit eas. de sinu s s
patris descendit propter eas. Quesiuit eas. homo factus est propter eas.
Descendit ipse ad nos. ut ad se ascendere faceret nos. Unde subiungit
et dicit. Nunc ergo filii audite me. Quasi dicat. Quia semper delitie mee s s
erant. ut uenirem ad uos. ut delicias meas facerem uos. in quia assumpsi. quia
homo pro uobis factus sum. ergo filii audite me. Ante aduentum meum. an
te incarnationem meam eratis serui. seruiebatis ut serui. partem neque he
reditatem habuistis in domo domini. quia serui. sicut scriptum est. filius manet
in domo. seruus non manet in eternum. Nunc autem quia natus sum uobis. quia
mutato per mortem meam nomine seruorum. hereditare uos feci dulce no
men filiorum. per quod mansionem atque hereditatem accepistis in domo. hoc est
in regno celorum. ergo filii audite me. Quid audite me. Quid loquor uobis.
Beati qui custodiunt uias meas. Ut simpliciter hoc intelligamus. uias s s
unigeniti dei. mansuetudinem eius et humilitatem. uel opera eius in carne.